

Psalmus responsorius

Ps 23, 1-2. 3-4ab. 5-6 (R̄.: 7c & 10b)

R̄. Introíbit Dóminus: ipse est rex glóriæ.

¹ Dómini est terra et plenitúdo eius,
orbis terrárum et qui hábitant in eo.

² Quia ipse super mária fundávit eum
et super flúmina firmávit eum. R̄.

³ Quis ascéndet in montem Dómini,
aut quis stabit in loco sancto eius?

⁴ Innocens mánibus et mundo corde,
qui non levávit ad vana ánimam suam. R̄.

⁵ Hic accípiet benedictiónem a Dómino
et iustificatióem a Deo salutári suo.

⁶ Hæc est generátio quæréntium eum,
quæréntium fáciem Dei Iacob. R̄.